dare in direptionem gentium. Et interfi-
ciam te de populis et perdam te de terris
et conteram et scietis quia ego dominus. Haec
dicit dominus deus. pro eo quod dixerunt mo
ab et seir. Ecce sicut omnes gentes domus
iudae. Idcirco ecce ego aperiam umerum
moab. De civitatibus inquam eius et
de finibus eius et inclytas terrae be
thle simoth et belmeon et cariatha
im filiis orientis cum filiis ammon et
dabo eam in hereditatem ut non sit me
moria ultra filiorum ammon in genti
bus. Et in moab faciam iudicia et
scient quia ego dominus. Haec dicit dominus deus
pro eo quod fecit idumea ultionem ut se
vindicaret de filiis iudae. peccavit
que delinquens et vindictam expe
tivit de eis. Idcirco haec dicit dominus deus. et
tendam manum meam super idumeam.
Et auferam de ea hominem et iumentum
et faciam eam desertam ab austro. Et qui
sunt in dedan gladio cadent. Et dabo
ultionem meam super idumeam per manum po
puli mei israhel. Et facient in edom iux
ta iram meam et furorem meum. Et scient
vindictam meam dicit dominus deus. Pro eo quod
fecerunt palestini in vindictam
Et ulti se sunt toto animo interfici
entes et implentes inimicitias veteres
Propterea haec dicit dominus deus. Ecce ego
extendam manum meam super palestinos
et interficiam interfectores. Et per-
dam reliquias maritimae regionis
faciamque in eis ultiones magnas
arguens in furore. Et scient quia
ego dominus. cum dedero vindictam meam
super eos. Et factum est in undecimo
anno prima mensis. factus est
sermo domini ad me dicens. fili homi
nis. pro eo quod dixit tyrus de hierusa
lem euge. Confractae sunt por
tae populorum conversa est ad me
implebor deserta est. Propterea
haec dicit dominus deus. Ecce ego super te
tyre et ascendere faciam ad te gen
tes multas. Sicut ascendit mare
fluctuans et dissipabunt muros
tyri et destruent turres eius.
Et radam pulverem eius de ea. Et
dabo eam in limpidissimam petram
Siccatio sagenarum erit in me
dio maris. Quia ego locutus sum
ait dominus deus. Et erit in direptionem
gentibus. filiae quoque eius quae
sunt in agro gladio interficientur.
Et scient quia ego dominus quia haec dicit
dominus deus. Ecce ego adducam ad tyrum
nabochodonossor regem baby
lonis ab aquilone regem regum
cum equis et curribus et cum equiti
bus et coetu populi que magno
filias tuas quae sunt in agro gla
dio interficiet et circumdabit te
munitionibus. Et com
portabit aggerem in gyro
et levabit contra clypeum.
Et vineas et arietes temperabit
in muros tuos et turres tuas

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29265(7, 9v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-whvz/10120/73682)